

3446.

1339 d. 29 Sept.

BENGT ESKILSSON erkänner, att Björn Thordsson erlagt 60 mark penningar i böter för den af honom mördade Manulfus i Rörerne, hvilka penningar Bengt qvitterar å egna och den mördades sons vägnar.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J, 7. f. 22.

Omnibus presens scriptum cernentibus BENEDICTUS ESKILSON salutem in domino sempiternam presentibus Recognosco me de Berone Thordhason sexaginta marcas denariorum, duabus marcis denariorum minus, in satisfactionem, et emendam pro interfecto per ipsum Manulfo in Rörerne, ex parte veri heredis ipsius Manulfi, silicet filij eius, et una cum ipso integraliter subleuasse. In cuius testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Anno domini M. CCC. XXX. nono, festo Michaelis.

Sigillet enligt ritningen: Delad sköld, 2 stjernor i öfra och en i nedra delen.

3447.

1339 d. 30 Sept.

Helsingborg.

Ärkebiskop PETER i Lund, Domprosten HOLMGER och 2:ne KNIKER samt KNUT FOLKESON m. fl. Riddare intyga, att Hr Johan Offeson infunnit sig på Helsingborgs slott hos Konung Magnus, under påstående thing, der han erkänt sina brott mot Konungen och dess undersåter, samt afgifvit den förbindelse, som under N:o 3448 upptages.

Mscr. Barthol. på Univ. Bibl. i Köpenh. Tom. IV (E) p. 757. \*)

Vniuersis presentes litteras inspecturis, PETRUS, Dei gracia Lundensis Archiepiscopus Swecie primas, HOLMGERUS, prepositus, PETRUS Cellerarius, et PETRUS de Nym, Canonici Ecclesie eiusdem, Nec non KANUTUS FOLKESON, GÖZTAVUS TUNÆSON, KAROLUS NESRONONGSSON, NICHOLAUS BROCK, SAXO PETRI, JOHANNES GWT, STIGO PETRI, SIGGO MAGNUSSON, PUCCO GLYSINGH, LAURENCIUS KARLSSON et ANUNDUS FINVITHSSON Milites, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium publice protestamur, quod anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. die beati Jeronimi confessoris, Magnifico principe, Domino nostro karissimo, Domino Magno Dei gracia Regnorum Swechie et Norvegie ac terre Skanie rege, apud Castrum Helsingborgh. placita sua justiciaria exercente, communitate dicte terre Scanie, ad hoc, pro consequenda justicia, generaliter conuocata, Dominus Johannes Offæson illac [æ: illuc] personaliter veniens, pluribus ibidem querimoniis propositis contra eum, recognouit se in aliquibus contra prefatum dominum nostrum regem et suos subditos, ut veraciter intelleximus, deliquisse, super quibus humiliter petita venia postulabat misericorditer secum agi, ac tandem, post multos tractatus per introeuntes suos con-

\*) Ur en gammal Codex membran. Eccl. Bergensis, som gick förlorad vid en eldsvåda i Köpenhamn 1728.

sanguineos et amicos, hinc inde habitos, non vi vel metu coactus, nec eiam circum ventus, sed sponte, voluntarie et libere cum prefato Domino nostro rege, presentibus consanguineis suis et amicis predictis, in modum qui sequitur super prefatis suis excessibus placitavit, quam quidem placitacionem, nobis et pluribus aliis suis consanguineis et amicis presentibus, in presencia dicti Domini nostri sibi lectam et compositam in vulgari, approbavit, et sui fecit sigilli munimine roborari. Tenor autem dicte placitacionis dinoscitur esse talis, Vniuersis presentes litteras inspecturis Johannes Offæsson Miles salutem &c. *Se nästföljande N:o 3448.*

3448.

1339 d. 1 Oct.

Helsingborg.

Riddaren JOHAN OFFESON förbinder sig: 1:o att d. 5 Oct. afstå sitt stentorn på Lindholm till Konung Magnus och lemna det till Konungens ombud Johan Hasenberg, hvilken skall äga rätt att inom bestämd tid borttaga alla uppförda försvarsverk och igenfylla grafvarne, samt i grund nedrivva sjelfva tornet; 2:o Att till Konungen eller dess ombud i Malmö återställa Skytts och Oxie härad jemte de bref han derpå kan hafva erhållit; 3:o Att på thinget i Malmö infinna sig att gifva upprättelse för sina brott mot Konungen och andra personer, m. m. (Jfr N:o 3447).

Mscr. Barthol. på Univ. Bibl. i Köpenh. Tom. IV (E) p. 758. \*)

Vniuersis presentes litteras inspecturis, JOHANNES OFFÆSSON Miles, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium confiteor et recognosco, meme (!) Anno Domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XXX<sup>o</sup>.IX<sup>o</sup>. Die beati Remigii confessoris, in placitacione Hælsingborgh habita inter Jllustrem principem Dominum meum carissimum Dominum Magnum Dei gracia Svecie Norwegie et Scanie regem ex parte una, et me Johannem predictum ex altera, bona fide, sponte et libere ac absque omni coactione firmiter promississe, turrim meam lapideam in Lindholm, die martis proxima, videlicet in crastino beati Francisci confessoris absque omni dolo, fraude, impedimento contradictionis sev aliquo excepcionis aut excusacionis ingenio, vel cautela, ipsi domino meo Regi resignare, ac eandem in manus nobilis viri, Domini Johannis Hasenbergh, nomine Domini mei regis predicti, et pro ipso recipienti, assignare et tradere cum effectu, omni posse mihi vel meis dictam turrim deinceps retinendi, vel in ea per me vel meos aliqualiter commorandi, quacumque occasione vel causa sev inuencione penitus pretercluso, Jtem promisi et adhuc promitto bona fide, quod absque contradictione mea vel meorum, Jdem dominus Johannes Hasenborg, nomine domini mei Regis predicti, plenam et liberam habeat potestatem sequenti die, videlicet et [o: feria] quinta post festum Beati Fran-

\*) Intagen, i sammanhang med nästföregående bref, ur anförda Codex Eccl. Bergensis.